Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37192
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uncti · sed et expositiones eorum que antiquatissimis et orthodoxis katholicis patribus facte sunt ·

Post tanta · etc. Non solum dicit antiquatis · sed dicit superlativum videlicet antiquatissimis · Ac si diceret · Non legantur aliorum expositiones nisi eorum qui sunt valde an-tiquati · Hic est beatus Gregorius · Augustinus · Jeronimus · Ambrosius · Hylarius · Basilius · Johannes crisostomus · Gregorius nazanzenus · isti dicuntur antiquatissimi ¶ Orthodoxi dicuntur apud grecos religiosi et gloriosi in fide recti in vita et probabiles ¶ Katholici interpretantur universales seu generales · illi videlicet qui in fide katholica et apostolica persistentes · per heresim vel scisma non fuerunt ab ecclesia segregati ¶ Hic autem potest queri de expositionibus Origenis que leguntur · cum ei sit impositum quod aliquos errores scriptos reliquit · Puto tamen quod hec causa · quod eius ipse [pleniter?] plenarius fuit · errores illos suis scriptis immiscuerunt · Nec sine causa · ecclesia sua que optima sunt dicta retinuerunt scripta ·

Post has vero tres lectiones cum responsoriis suis · sequantur reliqui sex psalmi cum alleluia canendi ·

Post has etc. Causa quare in tunc alleluia cantatur psalmodie · prius dixi tibi ·

Post hos lectio apostoli sequatur